



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 24. Edenburgense fœdus inter Franciam, Angliam, & Scotiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

§. XXIII.

Sæc. XVI.  
A.C. 1560.

*Reginæ Scotiæ Administratis  
obitus.*

Durantibus adhuc hisce induciis Reginæ Scotiæ Regens die decima Junii Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo rebus humanis erepta est. Erat illa Claudii Lotharingii primi hujus nominis Guisiorum Ducis, necnon Antoniæ Borboniæ Vindocinensis Filia, quæ ingenti cum sollicitudine educata die quarta Augusti Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo quarto Ludovico Aurelianensi hujus nominis secundo Longevillæ Duci primis nuptiis juncta fuit, circa Annum autem Domini millesimum quingentesimum trigesimum septimum suo Marito orbata est. Ceterum Corpus hujus Reginæ cura Lotharingii Cardinalis fratris sui in Gallias delatum Rhemis in Monasterio D. Petri, cuius Renata defunctæ Reginæ Soror erat Abbatissa, terræ mandatum fuit, ac in magnifica tumba in medio Choro reconditum.

§. XXIV.

*Edinburgense fædus inter Franciam,  
Angliam, & Scotiam.*

005

Quam-

Sæc. XVI.  
A.C. 1560.

*Thuan. l.c.* Quamvis ob hujus Reginæ obitum  
*Buchan. hist.* Scotiæ res variis mutationibus  
*Scot.* obnoxias fore arbitrarentur non pauci,  
*Rymer. act.* nihilominus Gallorum Oratorum pru-  
*publ. Angl.* dentia, & Angliæ Legatorum dexter-  
*t. 15. p. 593.* tate, cum Angli honestam ab armis di-  
 scedendi occasionem quererent, tan-  
 dem incredibili omnium consensu octa-  
 va Julii die pax fuit promulgata his  
 fere conditionibus: I. Galli intra vige-  
 simum diem salvis impedimentis ena-  
 vigent; II. Naves ad id, quoniam Gal-  
 licæ ad tantam multitudinem transpor-  
 tandam non sufficerent, Angliæ Regi-  
 na commodet: III. Lethæ muri diruan-  
 tur, ac Dumbari munitiones dejiciantur:  
 IV. his peractis Angli copias redu-  
 cant: V. Maria Scotorum Regina con-  
 sentiente Rege Marito suo oblivionem  
 omnium, quæ in Scotia a decima Martii  
 Anni supra millesimum quingentesi-  
 mi quinquagesimi noni usque ad primam  
 Augusti diem hujus anni gesta, aut pa-  
 trata fuerunt, omnino fanciat, eaque  
 sanctio in proximo ordinum Conventu,  
 qui in mensem Septembrem differetur,  
 approbetur, conventuque habendo  
 Franciæ Regis, Mariæque Conjugis au-  
 toritas accedat, quibus etiam licitum  
 sit, ne totius Regni possessione dejecti  
 videantur, Ketham Insulam, & Dum-  
 barum cum sexaginta præfidiariis Gal-  
 lis

lis retinere: ut autem pariter Elisabe- **Sæcul. XVI.**  
thæ rebus consuleretur, hinc eæ, quæ **A. C. 1560.**  
sequuntur, adhuc addebantur conditio-  
nes. I. Imposterum Maria, & Francis-  
cus II. haud amplius Regis, ac Regi-  
næ Angliæ titulo utantur, nec eadem  
insignia usurpent. II. Diplomata sub  
eiusmodi titulo promulgata declaren-  
tur invalida, atque irrita. III. Utrius-  
que Regni Deputati colloquium Londi-  
ni habeant, ubi de satisfactione per E-  
lisabetham petita deliberetur. IV. Si  
hi Deputati convenire præpedirentur,  
standum erit decisioni Hispaniæ Regis,  
ac promissa Scotis facta adimpleantur.

### §. XXV.

#### *Tripolitana expeditio a Philippo II. suscepta.*

Jam antea Joannes Valeta supremus **Thuan. l. 26.**  
Melitenium Equitum Magister cum **n. 5.**  
Carvano Califa adversus Dragutem fœ- **Vertot. hist.**  
dus inierat, nunc vero Guimorano e- **de Malthe**  
jusdem Ordinis Equiti Commendatori **tom. 3. l. 12.**  
negotium dabat, ut de recuperanda **p. 389.**  
Tripolitana Insula, quam Dragutes il-  
lius Princeps pro colligendis suis co-  
piis, necnon pro imperii sui sede sibi se-  
legerat, cum Joanne Cerda Medinæ-  
Cœli Duce, ac Italæ Pro-Rege ageret.  
Hic ergo fervente Gallorum bello hac  
super re ad Philippum II. literas dabat,  
qui